

D E
S C R I P T V R A
P R I V A T A

Tractatus Novus plenissimus.

NICOLAO GENVA PATAVINO
I. C. CELEBERR. ATQVE PRÆCLARISS. AVTHORE:

In Libros Quinque distinctus.

IN QVIBVS VNIVERSA SCRIPTVRARVM PRIVATARVM
Materia quamplurimis questionibus, prout ex eorum elenco constabit,
elegantissimè enodatur, atque explicatur.

*Omnibus Iuris Professoribus, ac praesertim Procuratoribus, & Advocatis, alijsq; in foro
versantibus, apprime utilis, ac necessarius.*

Ab eodem Authore, Tertia hac editione, summa diligentia Revisus, quampluribusq; addamentis,
& integris Capitibus recentè adiectis, & illustratis.

Cum duobus Indicibus, altero Questionum, altero rerum, & verborum notabilium exuberantissimis.

Cui quidem adiectus est alter eiusdem Authoris aliàs vulgatus Tractatus, De Verbis Enunciativis,
nunc etiam Tertia, & novissima hac editione post obitum Authoris, posthumis Additionibus
in eiusdem scedis obiter repertis locupletatus, Opus pariter Iuris Vtriusque
Professoribus, admodum utile, ac pernecessarium.



VENETIIS, Apud Rubertum Meietum. M DC XXI.

Consensu Superiorum, & Privilegijs.

ILLVSTRISSIMO
ET REVERENDISSIMO
MATTHAEO PRIOLO


NICOLAUS GENVA S. D.

M

E V M hoc Iuris privati scriptum paucis ab hinc annis ex meis legalibus lucubrationibus natum, viri quidem publici, id est, ut ego interpretor, viri in omni scientiarum genere clarissimi manu ductione opus habebat, ut ad cuiusq; manus non sine gloria aliqua, & admiratione potuisset transferri; iure ergo à me fa-

ctum, Vir Illustrissime, si dum de illo imprimendo cogitauerim, tibi suis se dedicandum semper animo volutauerim meo, ut quod inter priuatos homines existeret, tua dignitate, aut virtute apud nationes omnes non priuatam mereretur laudem: is enim es, qui solus & splendore Familie, & claritate sanguinis res obscuras claras, priuatas publicas valeas prestare; Dedicationis præcipua hæc causa. Altera accedit non priori minor, quòd cum plurimum tuis crebris in me collatis beneficijs debeam, videor hæc vna re, aliqua ex parte nonnullas magno tuo animo posse grates referre. Quod voueo igitur, rogo, ut accipias velut animi, cultusq; mei in te pignus, nihil enim habeo, quod pro ingentibus meritis rependam præter vota, & grates: quæ tibi magno, magnæ quoque res. Vale.

Dat. Patauij kal. Ianuarias. 1615.



DE SCRIPTURA PRIVATA TRACTATUS D. NICOLAI DE PASSERIBVS A IANVA. I. C. PATAVINI. LIBER PRIMVS.

Quid sit Scripturá priuata.

QVAESTIO PRIMA SUMMARIVM.

- 1 Omnis nostra institutio debet à definitione proficisci.
- 2 Definitio naturam rei, atque potestatem demonstrat.
- 3 Priuata scriptura definitur per Innocentium.
- 4 Aliter per Iodoc. Damhoulder.
- 5 Aliter per Hippol. de Marsil.
- 6 Alijs quoque modis per D. Scacciam, & alios.



Ecus inoleuit consuetudo, vt qui lógiori sermone ali quid sibi pertractandum sumplerunt, ante omnia Ciceronis illud tritum axioma, in primo de Officijs, præponere soleant: omnem nostram institutionem à definitione de-

bere proficisci, vt sciatur, quid sit illud, de quo disputetur. Quod pronunciatum nobis utilissimum, in presentiarum amplectendum fore sumus arbitrati. Definitio namque cum rei naturam, vim, atque potestatem demonstrat, vt ex Phil. 7. Metaph. quem refert Accurs. in l. omnis definitio, de regul. iur. profecto dispicere non poterimus, de quo nunc siturus verba facturi, nisi à definitione ipsius scripturae priuatae exordium sumplerimus.

- 3 Est igitur scriptura priuata, si tamen rectè definiti potest, illa, quae sit à non publicis personis, & non habet per se authoritatem, nisi à ducersarius est

confiteatur, vel nisi per collationem, & comparationem alterius scripturae, subscriptionis ipsiusmet adversarij, & testium, qui subscripserunt, probeent contrarium. Sic præcisè docuit Innoc. in c. 1. de fide instrum. sequutus est ex recentiorib. Mascard. de probat. Conclus. sua 6. num. 79. Adde P. Rebuffum in suo tractatu de Chirograph. & cedul. recognitione, num. 2. vbi docuit, scripturam priuatam esse illam, quae non est publica, sed à priuatis personis, id est non publicis confecta, & subijcit etiam sub num. 3. quod scriptura iudicis, etiam si habeat testes in scriptis, censetur priuata, quia scribere non est iudicium officium, sed Tabellionum, & latius vt per eum videndus idem sub num. seqq.

- 4 Aliter ipsam describit Iodocus Damhoulder, in sua praxi rerum ciuil. cap. 175. num. 1. dicens: quod priuata scriptura est illa, quam aliquis propria manu conscripsit, & sub signauit suo sigillo manuali consueto, aut quam suo sigillo sigillauit.

5 Adde scripturam priuatam dici quoque illam, quae non solum scribitur, seu subscribitur à priuato, sed etiam quae est subscripta à Notario tamquam priuato, & sic non habet publicam formam, sed solum habet subscriptionem ab ipso Notario tamquam à persona priuata. Sic post nonnullos relatos docuit eleganter Hippol. de Marsil. in repet. Rubrica. C. de probationibus, num. 303.

- 6 Alijs etiam modis ipsam describit doctiss. Scaccia de Iudicij causarum ciuil. ac criminal. lib. 2. §. 11. num. 1172. ipsum consulas. Ad eundem quoque D. Herman. Meyrerus de pignoribus, & Hypothec. in primis numeris; & Illust. D. Card. Tusc. conclus. sua 74. a n. 19. vsque in finem, in lit. S. Vbi multa in hoc proposito adiuuencis Sat loca indicasse.

DE
ENVNCIATIVIS
VERBIS
TRACTATUS

Novus, & Locupletissimus,

NICOLA O GENVA
PATAVINO I. C. CELEBERRIMO.
ATQVE CLARISSIMO AVCTORE;

Cum duobus indicibus, altero Quæstionum, altero rerum, & verborum
notabilium exuberantissimis;

Omnibus Iuris utriusque professoribus admodum utilis, ac necessarius:

Ab eodem Auctore SECUNDA EDITIONE summa diligentia recognitus, compluribusq;
additamentis, & integris capitibus recenter adauctus, & illustratus.

*Accessit TERTIAE huic EDITIONI nouissime sat amplum, & nouum etiam eiusdem Auctoris
Posthumum (ut vocant) Auctarium, quod priorum (quæ iam pridem in vulgus emanarunt)
editionum facta collatione studiosus Lector facile, ut reor, obseruabit.*



VENETIIS, Apud Rubertum Meietum. M DC XXI.

Consensu Superiorum, & Præilegijs.

ILLVSTRISSIMO

ET REVERENDISSIMO D.

D. M. ANTONIO CORNELIO

ABBATI.

Domino, ac Patrono suo Colendissimo.

NICOLAUS GENVA I. G. S.



In Priori Tractatus mei De Verbis Enunciatiuis editione nati ex legum studij salebris, animaduenterant non obscuri nominis Iurisperiti limanda, quorum domesticae meae curae tunc curam perpolitiois non patiebantur. Legum autem studium, quis non salebrosum vocet, cum nullus vnquam in ipso tuto possit consistere, neque non animo dubio suam ferre sententiam, cum passim & occurrant impedimenta legum varietatis, eaque se obijciat variorum legis sensuum catena, quae vel versatissimum quemque in iure retardet? Ad quae omnia si quis offendit, non vt imprudens exhibendus, quinimo vt prouidus laudandus, complectendus, nullus enim vnquam inter mortales inuentus, qui hoc legum studium sine aliqua offensione cucurrerit;

Quantum tractatus hic vel inchoatus, legum studiosis fuerit acceptus, quantumque pro fecerit, eorum sit iudicium, quibus aut alijs consilium de maximis rebus dare, aut causas grauissimas in foro actitare, aut de rebus disceptatis suam dicere sententiam contigerit, quando neque vllum consilium vtile, nulla actio forensis probanda, nullum iudicium laudabile, sine exacta Verborum Enunciatiuorum cognitione esse possit; Pertinenter tunc, fateor, ad hominum manus tractatus meus rudis, imperfectusq. Factum modo est, post sedatas rerum mearum tempestates, vt cum de Posteriori editione cogitaretur, vt nouus & ipse, prioribus positus exuuijs, pulchrior, auctior, locupletiorque in lucem prodiret; quod beneficium, & ab interuallo temporis, & ab assidua librorum tractatione, & ab aliquo ingenij mei penicillo est consequutus. Qui

DE

ENUNCIATIVIS

VERBIS

TRACTATUS

D. NICOLAI DE PASSERIBVS

A IANVA I. C. PATAVINI.



Liber Primus.

QVAESTIO I.

Quae sint Verba Enunciatiua.

S V M M A R I V M.

- 1 Omnis tractatus à definitione initium sumit.
- 2 Verba enunciatiua quae dicantur ex sententia Baldi.
- 3 Improbatur definitio ipsiusmet Baldi.
- 4 Alia definitio horum verborum secundum Socinū.
- 5 Alia ex mente Crassi.
- 6 Explicatur, & num. 7.
- 8 Reprehenditur Schard. circa definitionem verborū enunciatiuorum, & num. 9. & 10.
- 11 Alia definitio horum verborum ex sententia Cardin. Manticae.
- 12 Approbatur illa Socini.
- 13 Aliiter describuntur per Auctorem.



Cutus, Diuino numine,
patrocinate, de Verbis
enunciatiuis, prius pro
ipforum intelligētia ad
eorū definitionē dene-
niendū est: omnis enim,
quae à ratione suscipi-
tur, de aliqua re tractan-
da institutio, debet a de-

1 finitione proficisci, vt intelligatur, quid sit, id de quo disputatur secundum Cagnolum in l. omnia definitio. num. 4. de reg. iur.

Definiuntur igitur Verba enunciatiua, si tamē recte definiti possunt, vt sint quoddā Proemium, vel praëmbulum, in quib. non sinit voluntas, sed transeunt, seu per se non stant, & nō sunt ipsa di-

positio: ita descripsit hęc verba primus omnium Bald. in l. 1. sub nu. 91. C. de fals. caus. adieff. leg. cū sequenti sūt Cōiter DD. Monachus in cap. si Pa- pa, nu. 1. de Privileg. in 6. Alexand. cons. 82. nu. 21. in 3. Patil. cons. 77. nu. 34. in 3. & in l. ex hac scriptura, nu. 7. de Donationib. Rimin. sen. consil. 164. nu. 15. in princ. & 600. nu. 8. in 3. Rimin. iun. consil. 23. nu. 195. & cons. 84. nu. 19. in pr. idē in cons. 113. nu. 26. in 2. in 382. nu. 27. in quarto, in 619. nu. 45. vbi adducit Socinū, & alios in 670. nu. 2. in 6. & in 819. nu. 8. in 7. Aldobrand. cons. 27. nu. 42. Marca- brun. ab Anguill. cons. 29. num. 21. 38. & 71. in pr. Borlar. cōs. 152. n. 44. in 2. Petra de hērecom. quest. 11. num. 626. Simon de Pretis de interpretatione vlt. volunt. lib. 2. solut. 5. num. 28. pag. 156. & Illust. D. Card. Manticae, de Tacit. & ambig. conuent. lib. 2. tit. 6. nu. 1. addo D. Syluium Spanocchium ad titulum de Noui operis nunciacione lib. 9. num. 23. vbi pulchrē.

Sic etiam tenuit Rota Genuens. decis. 37. nu. 6. & Neap. teste Afflito decis. 83. num. 1. & hęc definitio, seu descriptio est Communiter recepta; quam sequitur quoque Do. Marra Neapo- lita in l. 1. art. 3. numero 9. ff. de operis noui nunciacione, pag. 42.

Verum Soc. iun. in d. l. ex hac scriptura sub nu. 1. damnat, & rectē meo iudicio, hanc Bal. defini- tionem: inquit enim, quod huiusmodi verba possunt reperiri, & in medio, & in fine dispo- sitionis; qualia videntur adesse in l. ex his uerbis, C. de test. milit. & sic non erunt pro- emium, uel praëmbulum. Eam quoque sic re- probat nouissimē Polydorus Ripa, de Afflis in mortis articulo, cap. 82. numero 2. & 3. qui quidem Ripa, sub numero 4. & 5. inherendo definitioni ipsius Baldi, omisit illa verba, dicens, quod

A Verba